



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An missio in possessionem ex primo decreto, seu custodiae causa fieri possit in beneficijs Ecclesiasticis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

fuert, &c. quod etiam post annum cautio recipi debeat, & possessio restitui (neque enim mihi in pœnam imputandum est, quod per me non stat, quod minus faciam, ut ait *Glossa hic V. Non steterit*, & habetur in *Reg. 41. in 6.*) Sicuti etiam in pristinum statum restituitur, si repetens possessionem alleget, & prober, contumacem se non fuisse, & cautionem desistendo se in iudicio præstet, ita ut nec in expensas in tali casu condemnari possit, nisi de contumacia aperte constet. *c. Cum venissent 3. h. t.* Ubi enim non est culpa, nec pœna locum habet. Et quamvis in actione reali in illam rem immisio facienda est, quæ ab Actore petitur, si locum illa immisio habeat; in actione tamen personali hic ordo servandus est, ut primo immisio fiat custodiæ causâ in bona mobilia debitoris, juxta mensuram & quantitatem debiti, deinde si mobilia non habeat debitor, vel non sufficiant in partem bonorum immobilium, & tandem si neque hæc sufficiant, rerum etiam incorporalium jurtum, actionum, five nominum contra suos debitores &c. immisio fiat, ut satisfiat Actori absque ulteriore tamen læsione debitoris Rei.

## §. II.

*An missio in possessionem ex primo decreto seu custodia causa fieri possit in beneficiis Ecclesiasticis?*

**Q**Uæritur iudicio petitorio contra possessionem beneficii Ecclesiastici ad hoc obtinendum, non immititur ob contumaciam Rei in possessionem talis

beneficii ex primo decreto, sed recipienda sunt probationes, & ad sententiam definitivam procedendum, etiam licet non conte statâ, prout statuitur *c. Eius qui unico h. t. in 6.* Ne periculum sit vitio si ingressus, si titulus beneficii non potest examinari. Hæc tamen decisio extendenda non est ad alios casus materiae spiritualis & Ecclesiasticæ, ubi periculum animæ aut boni publici non urget.

## §. III.

*Quid sit missio in possessionem bonorum ex secundo decreto iudicis, quando, & quando interponatur, & quibus ejus effectus?*

**M**ISSIO ex secundo decreto est facta iussu Judicis, quæ jubet licet Actorem ob perseverantem Rei contumaciam mitti in bona ejus possidenda juxta petitionem, & jus Actoris, ita ut verus ac incommutabilis possessor efficiatur, & fructus rei taliter possessæ percipiat, ac aliis possessoriis commodis gaudeat, servatâ tamen Reo legitimâ defensione super proprietate rei, quæ contentio ex dictis sufficienter jam patet. Interponi autem hoc decretum debet, post elapsum annum à tempore primi decreti, & præsertim in actionibus personalibus, ac ad instantiam actoris, præviâ causæ cognitione, utrum ex justo titulo an ex contumacia absit Reus, & citato hoc absente, quia ubi causæ cognitio necessaria est, ibi etiam necessaria est partium præsentia, vel saltem citatio.